



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 8. Quid circa mandantem sit addendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

restit. d. 1. q. 2. p. 11. Lay. l. 3. t. 4. c. 7. & infrà l.
v. 6. t. 4. c. 2. dub. 5. resp. 3.

ADDENDA.

- 21 *Q. 7.* An movens aut inducens ad damnificandum alteri, restituere teneatur. *R.* Teneri, hinc *Inn.* XI. damnavit hanc 39. prop. *Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave datum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati: Notatque Carden.* in 2. crisi d. 23. n. 130. illum dici movere qui mandat, consilium dat, consentit, adulatur, ideoque causa est, quod inferatur datum, de quibus in seqq. dicetur: de illo autem, qui tantum exemplo suo movet ad datum alteri inferendum aut cum alio concurrit ad datum, videri possunt dicta p. 1. n. 1009. & seqq.
- 22 *Q. 8.* Quid circa mandantem sit addendum. *R.*
Seqq:
- 23 §. 1. Mandans dicitur ille, qui de facto jubet, quamvis de jure careat potestate jubendi: quod si potestatem jubendi habeat & innuat se velle aut cupere, ut fiat, censetur jubere, hinc *L.* 1. ff. *mandati* dicitur, sive *rogo* sive *volo* sive *mando*, sive alio quocumque verbo scripsierit, mandati actio est.
- 24 §. 2. Mandans tenetur etiam ad restitutionem dannorum, quae causantur mandatario, id est, illi, qui mandatum exequitur, nisi forte aliter contraxisset cum illo, v. g. ut faceret pro certa mercede, ita cum aliis *Laym.* lib. 3. t. 2. c. 6. & t. 4. c. 26. à n. 3. & c. 27. n. 2. Ratio est, quia mandatarius sub illa conditione suscipiebat executionem mandati, ut mandans subiret onus, quia ipse erat tantum instrumentum mandantis.
- 25 §. 3. Si revocatio mandati non innotuit mandata-

datario; aut si innotuit, sed per errorem judicata est non fuisse seria; aut si judicata est fuisse quidem seria, sed mandatarius postea invincibiliter illius immemor damnum executus est, mandans tenetur ad restitutionem, quia tum adhuc damnum verè sequitur ex iniusta actione præterita mandantis, *Lugd. d. 19. f. 2.*

§. 4. Mandans non tenetur restituere damna, 26
quæ mandatarius intulit, excedens fines manda-
ti, quando in eius potestate fuit eos fines servare,
ut si mandavit tantum vulnerari, & ipse volens
occidit, ita *Dicast.* Si tamen mandasset occidi Ti-
tium, & mandatarius per errorem occideret Ca-
ium mandans teneretur ad damna ex morte Ca-
ji, quia ex ipsius mandato sequerentur, *Suar. alii-*
que cum *Dian. p. 8. t. 7. R. 33. & p. 11. t. 6. R. 19.*

Q. 9. Quid circa consulentem: R. §. 1. Consu- 27
lens etiam intelligitur ille, qui rogat, hortatur, o-
stendit modum, quo fiat, suggerit motivum fa-
ciendi, promittit aliquid, ut fiat.

§. 2. Si quis dedit simplex consilium, vel nu- 28
dè rogavit aut quasi imperando auctor fuit, ut
inferretur damnum alteri, non sugerendo mo-
dum, quo fieret, nec motivum inferendi, si ille
consilium illud suum revocarit ante damnum
illatum, non tenebitur ad restitutionem, quia si
revocetur, non perseverat moraliter in ordine
ad influendum in tale damnum: è contrà si sug-
ggerit modum, quo damnum nunc inferri pos-
set, aut motivum, quod movere pergit, aut si
dederit consilium utile illi, qui damnum erat
illatus, quamvis ante damnum illatum con-
atus sit consilium suum revocare, tamen tenetur
restituere, etiam in eo casu, quo alter initio acce-